

König Midas  
Met. XI, 85 - 193

Nec satis hoc Baccho est, ipsos quoque deserit agros                   85  
 cumque choro meliore sui vineta Timoli  
 Pactolonque petit, quamvis non aureus illo  
 tempore nec caris erat invidiosus harenis.  
 hunc adsueta cohors, satyri bacchaeque, frequentant,  
 at Silenus abest: titubantem annisque meroque                   90  
 ruricolae cepere Phryges vinctumque coronis  
 ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus  
 orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.  
 qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,  
 hospitis adventu festum genialiter egit                               95  
 per bis quinque dies et iunctas ordine noctes,  
 et iam stellarum sublime coegerat agmen  
 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros  
 rex venit et iuveni Silenum reddit alumno.  
 Huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit                       100  
 muneris arbitrium gaudens altore recepto.  
 ille male usurus donis ait 'effice, quicquid  
 corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.'  
 adnuit optatis nocituraque munera solvit  
 Liber et indoluit, quod non meliora petisset.                   105

laetus abit gaudetque malo Berecyntius hero  
pollicitique fidem tangendo singula temptat  
vixque sibi credens, non alta fronde virentem  
ilice detraxit virgam: virga aurea facta est;  
tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro; 110  
contigit et glaebam: contactu glaeba potenti  
massa fit; arentis Cereris decerpsit aristas:  
aurea messis erat; demptum tenet arbore pomum:  
Hesperidas donasse putes; si postibus altis  
admovit digitos, postes radiare videntur; 115  
ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,  
unda fluens palmis Danaen eludere posset;  
vix spes ipse suas animo capit aurea fingens  
omnia. gaudenti mensas posuere ministri  
exstructas dapibus nec tostae frugis egentes: 120  
tum vero, sive ille sua Cerealia dextra  
munera contigerat, Cerealia dona rigebant,  
sive dapes avido convellere dente parabat,  
lammina fulva dapes admoto dente premebat;  
miscuerat puris auctorem muneris undis: 125  
fusile per rictus aurum fluitare videres.  
Attonitus novitate mali divesque miserque  
effugere optat opes et quae modo voverat, odit.

copia nulla famem relevat; sitis arida guttur  
 urit, et invisio meritus torquetur ab auro 130  
 ad caelumque manus et splendida bracchia tollens  
 'da veniam, Lenaeae pater! peccavimus' inquit,  
 'sed miserere, precor, speciosoque eripe damno!'  
 mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem  
 restituit pactique fide data munera solvit 135  
 'ne' ve 'male optato maneat circumlitus auro,  
 vade' ait 'ad magnis vicinum Sardibus amnem  
 perque iugum nitens labentibus obviis undis  
 carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,  
 spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit, 140  
 subde caput corpusque simul, simul elue crimen.'  
 rex iussae succedit aquae: vis aurea tinxit  
 flumen et humano de corpore cessit in amnem;  
 nunc quoque iam veteris percepto semine venae  
 arva rigent auro madidis pallentia glaebis. 145

Ille perosus opes silvas et rura colebat  
 Panaque montanis habitantem semper in antris.  
 Pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,  
 rursus erant domino stultae praecordia mentis.  
 Nam freta prospiciens late riget arduus alto 150  
 Tmolus in ascensu clivoque extensus utroque  
 Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.  
 Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis

et leve cerata modulatur harundine carmen,  
 ausus Apollineos prae se contemnere cantus, 155  
 iudice sub Tmolo certamen venit ad impar.  
 Monte suo senior iudex consedit et aures  
 liberat arboribus; quercu coma caerulea tantum  
 cingitur et pendent circum cava tempora glandes.  
 Isque deum pecoris spectans „in iudice“ dixit 160  
 „nulla mora est.“ Calamis agrestibus insonat ille  
 barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)  
 carmine delenit. Post hunc sacer ora retorsit  
 Tmolus ad os Phoebi: vultum sua silva secuta est.  
 Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus 165  
 verrit humum Tyrio saturata murice palla  
 instructamque fidem gemmis et dentibus Indis  
 sustinet a laeva, tenuit manus altera plectrum.  
 Artificis status ipse fuit. Tum stamina docto  
 pollice sollicitat, quorum dulcedine captus 170  
 Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas.  
 Iudicium sanctique placet sententia montis  
 omnibus ; arguitur tamen atque iniusta vocatur  
 unius sermone Midae. Nec Delius aures  
 humanam stolidas patitur retinere figuram, 175  
 sed trahit in spatium villisque albentibus implet  
 instabilesque imas facit et dat posse moveri.  
 Cetera sunt hominis ; partem damnatur in unam  
 induiturque aures lente gradientis aselli.

Ille quidem celare cupit turpisque pudore 180  
tempora purpureis temptat velare tiaris ;  
sed solitus longos ferro resecare capillos  
viderat hoc famulus. Qui cum nec prodere visum  
dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,  
nec posset reticere tamen, secedit humumque 185  
effodit et, domini quales aspexerit aures,  
voce refert parva terraeque immurmurat haustae ;  
indiciumque suae vocis tellure regesta  
obruit et scrobibus tacitus discedit opertis.  
Creber harundinibus tremulis ibi surgere luctus 195  
coepit et, ut primum pleno maturuit anno,  
prodidit agricolam ; leni nam motus ab austro  
obruta verba refert dominique coarguit aures.

## Übersetzungshilfen ab V. 146:

V.

- 146 perosus (m.Akk.) - hasserfüllt gegen, verabscheuend  
colere - hier: bewohnen, verehren
- 147 Pana - gr. Akk. zu Pan (Wald- und Hirtengott)  
antrum i n. - Höhle
- 148 pinguis, e - schwerfällig, nocere, eo - schaden
- 149 Konstr.: (et) rursus, ut ante, domino nocitura erant  
praecordia stultae mentis  
stultae praecordia mentis - törichte Gesinnung
- 150-51 fretum i n. - = mare, in alto ascensu arduus riget -  
ragt jäh ansteigend empor  
Tmolus - Gott eines Berges in Lydien, clivo extensus  
utroque - nach beiden Seiten hin ausgestreckt/abfallend
- 152 Sardes, ium f. - Hauptstadt von Lydien, hinc ... illinc -  
hier ... dort, Hypaepa, orum n. - kleine Stadt an der Südseite  
des Tmolus
- 153 iactare - hier: prahlerisch vortragen
- 154 ceratus, a, um - durch Wachs zusammengefügt, modulari -  
taktmäßig spielen, harundo, inis f. - hier: Hirtenflöte
- 155 prae (m.Abl.) - hier: im Vergleich mit, cantus, us m. -  
Gesang
- 156 Konstr.: sub iudice Tmolo ad certamen impar venit,  
Tmolus - tritt hier personifiziert als Gottheit und  
Schiedsrichter auf, impar, is - ungleich
- 157 monte suo - (in monte suo), senior - hier = senex
- 158 quercus, i f. - Eiche (im Deutschen Plural),  
coma caerulea - das bläuliche Haar
- 159 tempora, um n. - Schläfen, glans, glandis - Eichel
- 160 deus pecoris - Pan
- 161 calamus - = harundo, insonare - sich hören lassen
- 161/62 agrestis/barbaricus - hier im abwertenden Sinne !
- 162 Midan - gr. Akk. zu Midas
- 163 delenire - bezaubern, gewinnen, ora - poet. Plural,  
retorquere, eo, torsi - zuwenden
- 164 Phoebus - = Apollo, vultus - = os
- 165 lauro Parnaside vinctus - bekränzt mit parnassischem  
Lorbeer: Parnass, ein Berg in Phokis/Griechenland, Apoll  
und den Musen heilig
- 166 verrere - fegen, streifen, tyrius murex - tyrischer Purpur,  
saturare - säätigen, färben, palla, ae f. - Gewand (des  
Zitherspielers)
- 167 instructam - = ornatam, fides, ei f. - Leier, Lyra,  
gemma, ae f. - Edelstein, dentes Indi - Elfenbein
- 168 sustinere - = tenere, a laeva - = laeva manu, plectrum i n. -  
Stäbchen (womit die Saiten der Leier angeschlagen werden)

- 169 status, us m. - Haltung, stamen, inis n. - hier: Saite  
 170 plex, icis m. - Daumen, dulcedo, inis f.- Wohllaut,  
 Zauber  
 171 cithara, ae f. - Zither, submittere - unterordnen,  
 canna, ae f. - Hirtenflöte, Rohrpfeife  
 172-73 Konstr.: Iudicium et sententia sancti montis omnibus  
 placet  
 173 arguere, o - beschuldigen, anklagen  
 174 Delius - Apoll (ist auf der Insel Delos geboren)  
 175 stolidus, a, um - = stultus, retinere - hier: behalten  
 176 in spatium trahere - in die Länge ziehen, villus, i m. -  
 Haarbüschel, albens, entis - weiß  
 177 instabilis, e - beweglich, imus, a, um - unten, an der  
 Wurzel, Konstr.: dat (auribus) posse moveri  
 178 damnare in (m.Akk.) - bestrafen in Bezug auf, bestrafen an,  
 unam partem (corporis)  
 179 induere, o (m.Akk.) - bekleiden mit, gradi, ior - schreiten  
 lentus, a, um - träge, behäbig, asellus. i m. - Esel  
 180 celare - verbergen, verstecken, turpis, e - entstellt  
 pudor, oris - Schande, Schandfleck  
 181 tiara, ae f. - (poet. Plural) (phrygische) Mütze  
 182 ferrum, i n. - hier: Schermesser, capillus, i m. - Haar  
 183 famulus, i m. - Diener  
 184 dedecus, oris n. - Schande, Entstellung, efferre sub  
 auras - an die Öffentlichkeit bringen  
 185 reticere - = tacere, secedere, o - sich entfernen  
 185-86 humum effodere - die Erde aufgraben, ein Loch graben  
 187 referre - berichten, terra hausta - Grube, immurmurare  
 (m.Dat.) - in etwas hineinmurmeln  
 188 indicium, i n. - Anzeige, Aussage, tellus, telluris f. -  
 Erde, regerere, o, -gessi, -gestum - zurückwerfen,  
 wieder zuschütten  
 189 obruere - vergraben, scrobes, is f. - (poet.Plural) Grube  
 discedere - weggehen, opertus, a, um - zugedeckt  
 190 creber (m.Abl.) - = densus, tremulus, a, um - zitternd  
 lucus, i m. - Wald, Hain  
 191 ut primum - = ubi primum, pleno anno - nach Ablauf eines  
 Jahres, maturescere, ui - heranreifen  
 192 agricola, ae m. - Sämann  
 192-93 Konstr.: nam (lucus) austro leni motus verba obruta refert  
 et aures domini (i.e. Midas) coarguit  
 auster, stri m. - Südwind, coarguere, o - verraten